Inc
1202

Ymc
1202
1375

MICROFILMADO
F.R. 1108
em 7/01/04
Rui Lacerda

Inc
1202
1375

Brunet I - 146

Inc. 1202 1

# Albumaſar Flores Aſtrologie.



Inc
1375

## ¶ Incipit tractatus Albumaſaris florum aſtrologie

Dixit Albumaſar. Oportet te primum ſcire dñm anni. Et ſcientia huius rei ſcitur hora introitus ſolis in primum minutum ſigni arietis. Scito itaqz aſcendẽs eadem hora quantum plus certiſſime poteris: verifica cuſpides duodecim domorum celi quia error cadit in hoc ſi negligitur. Et cum hoc feceris: aſpice dñm aſcendentis cuz ceteris planetis: cuz qui tunc plus habet fortitudinis ex teſtimonio circulorũ anguli. Et quemcunqz planetam inueneris in aſcendẽte decimo ſeptimo aut quarto angulo: poſtea vndecimum nonum: deinum quintum: ⁊ non preponas medium celi aſcendenti: nec quintam domum none: ſed fiat ſm predictam rationez. Et ſi inueneris planetã in aſcendẽte: non queras alium de his qui fuerint in aliis locis ex planetis. Similiter ſi non fuerit in aſcendente planeta ⁊ fuerit in medio celi: non reſpicias cetera loca ex planetis. Similiter ſi nõ fuerit in medio celi planeta: ſed in ſeptimo non reſpicias cetera loca. Similiter ſi non in ſeptimo: ſed in quarto non cures cetera loca ex planetis: ⁊ quez inueneris in his locis ipſe erit diſpoſitor anni: ſi fuerit ei aliqua dignitas domus ſed aut exaltatio: triplicitas: terminus: aut facies. Si autem fuerit in aſcendente planeta cui nulla ſit dignitas in eo: fueritqz in medio celi planeta habens terminũ ⁊ faciez: quia duplicauit dignitatem: ipſe eſt qui queritur ⁊ non queras alteruz. Et ſi fuerit poſt hos in ſeptimo planeta cui iuncta ſit domus: exaltatio: terminus: triplicitas aut facies: ipſe eſt queſitum.

SAturnus itaqꝫ dominus anni repertus ſi fuerit in ♈ aut eius triplicitate apparebit ī ciuitatibus quibus preerit ſignum de his que ſunt in diuiſione orientis: ex diuitibus potētibus: atqꝫ imperantibus qui faciunt res perſubtilia ingenia ⁊ diſpoſitiones ſpecioſas ⁊ oſtentationem rerum mirabilium: ⁊ prodigia abſqꝫ aliqua feſtinatione: ymo cū ſilencio ⁊ pulcra apparatione in eis. ¶ Qđ ſi fuerit ♄ bōi eſſe in loco ſignificabit




que dixi ſcꝫ patientiam: ſuauitatem: ⁊ inquiſitionem rerum vniuerſitatis: vulgi: ac ruſticorum. ⁊ obedientiam eorum erga regem cum humiliatione eorum ad eum: ⁊ prolongationem eius vocis ſcilicet eius imperii: ⁊ ſublimitatem eius. ¶ Et ſi fuerit mali eſſe ſignificat mortem diuitum ⁊ eorꝫ inuidiam ⁊ odium: accuſationes ⁊ negligentias cum odio ruſticoꝝ erga eos. ¶ Et ſi fuerit cum eo iupiter: erit opus eorum in hoc quod dixi cum ſilencio ⁊ religione ⁊ oſtenſione fidei cum iuſticia ⁊ obſeruatione eorꝫ preceptorum. ¶ Si autē aſpexerit eū ♃ ex dilectione: ſuperueniet diuitibus qui morantur in regionibus que ſunt in diuiſione ♈ vel eius triplicitate: donationes ⁊ ſeruicia ex diuitibus illis qui ſunt in diuiſione regiōis ſigni illius in quo fuerit ♃ ⁊ ſubueniet eis omne bonum in quo gratulabuntur ex eiſdem partibus. ¶ Sed ſi fuerit aſpectus ♃ ad ♄ ex ☍ erit in loco donationis ⁊ ſeruiciorum: timor ⁊ contentio ex ipſis ciuitatibus regionis que ſunt in diuiſione ♄ ad diuites earum ciuitatum que ſunt in diuiſione ♃: vel econtrario ad eos diuites qui ſunt in diuiſione ♄ petentes eorum bellum ⁊ traditionem: ⁊ erit hoc ſecundum quantitatem graduum aſpectus qui fuerint inter ♄ ⁊ ♃ vſqꝫ ad horam qua fuerit bellum ⁊ contrarietas. ¶ Et ſi fuerit aſpectus ♄ ad ♃ ex □ aſpectu erit in loco bellorum diuerſitas in rebus inter eos qui fuerint in partitione ♄ ⁊ ♃.

¶ ex dilectione .i. ex aspectu amicicie videlicet trino aut sextili




SI autem fuerit in loco iouiſ ♂ iunge illi eſſe quod expoſui tibi de eſſe ſaturni cum feſtinatione in operibus diuitum qui ſunt in his regionibus cum multitudine celeritatis ⁊ conſiderationis ⁊ paucitate pietatꝫ: miſericordie ⁊ leuitatꝫ. ¶ Et ſi fuerit eius aſpect⁹ ex trino vel ſextili aſpectu: veniet ſuper diuites qui ſunt in diuiſione ſigni arietis: ⁊ eius triplicitate ex diuitibus qui ſunt ex diuiſione ſigni in quo eſt marſ: donationes ⁊ ſeruicia: gaudium ⁊ leticia. Similiter in vniuerſis ruſticis eorum erit bonum ⁊ eorum ciuitatibus: ⁊ ſuſtentatio erit illis ex ipſis ciuitatibus que ſunt in diuiſione ſigni in quo fuerit mars. ⁊ afferentur res ex ipſis ciuitatibus ex naturis rerum que ſunt illis ciuitatibus appropriate. Et iam patefeci tibi hoc in libro maiori quem edidi in naturis climatum ⁊ ciuitatuꝫ: ⁊ que applicantur his ex villis ⁊ naturis eoruꝫ ciuitatum. ¶ Et ſi aſpexerit mars ſaturnum ex oppoſitione erit in loco donationum ⁊ ſeruiciorum malum vt rixe ⁊ inimititie ⁊ contrarietates inter diuites regionum ſigni in quo fuerit mars: ⁊ ibunt ipſi diuites ad ipſos ad expugnandum eos: vt expugnentur atqꝫ expellantur. Similiter ⁊ res que deferebãtur ex his regionibus abſcindentur ⁊ deſtruentur: ⁊ ciues eius erunt mali ciuibus harum regionum. ¶ Quia ſi fuerit aſpectus martis ex □ erit in loco timoris diuerſitas ⁊ abſciſio cenſuum ex illis partibus ⁊ rerumque ſitarum: ⁊ non erit cum hoc guerra apparens.




ET ſi fuerit in loco martis ſol erit cū hoc quod dixi de eſſe ſaturni in re diuitum: petitio regni ⁊ ſpecioſitatis: ⁊ petitio rerum celeſtium. ¶ Si vero aſpexerit ſaturnum ex trino vel ſextili aſpectu veniet ſuper diuites qui ſunt in diuiſione ſaturni donationes ⁊ ſeruicia ex diuitibus qui fuerint in diuiſione ſigni in quo fuerit ſol. ⁊ afferentur ex his partibus bonum ⁊ res venales: ⁊ venient ſuper ruſticos rumores eos letificantes ex ipſis partibus: ⁊ erit quod defertur in ipſo anno ex ſubſtantia ſolis. Et iam expoſui hoc in libro naturarum maiori. ¶ Si autem aſpexerit ſaturnum ex oppoſitione erit in loco donationum ⁊ ſeruicionū: rixa ⁊ bellum in inquiſitione eorum que ſignificauerit ſol ex ſpecioſitate ⁊ regno in ipſis ciuitatibus: ⁊ abſcindetur quod afferebatur ex his de bono ad has ciuitates: ⁊ deſtruetur ⁊ conuertetur quod veniebat ex rumoribus letificantibus in rumores auditu terribiles. ¶ Et ſi aſpexerit ſol ſaturnum ex quarto aſpectu non erit bellum palam: ſed inter diuites rixa erit atq; diuerſitas conſilij inter eos.

At ſi fuerit in loco
ſolis venus erit cū
hoc quod dixi ex
re ſaturni pīncipi
um ex petitione: petitio lu
dorum ⁊ quietudo ⁊ delec
tatio ⁊ cantilene ac omni
um ludorum apparitio: ⁊
apparitio eorum ac mani/
feſtatio eorum: ⁊ ciuibus
ipſarum ciuitatum inter
diuites ⁊ ruſticos. ¶ Si
autem aſpexerit ſaturnum
ex loco amicitie: venient ſu
per diuites qui ſunt in diui
ſione ſigni in quo fuerit ſa
turnus donationes ⁊ ſer/
uicia ex diuitibus qui ſunt in ciuitatibus que ſunt in diuiſione veneris. Ue
niet enim ex eis omne bonum ⁊ erit quod afferetur in eodem tempore ⁊ ꝗ
inclinatur omnes ad res veneriles. ¶ Porro ſi aſpexerit eum ex loco ini
micitie erunt in loco donationum ⁊ ſeruiciorum bella ⁊ contrarietates: ⁊
pergent ipſi diuites ad bellum eorum diuitum: ⁊ abſcindetur quod affere
batur ex ipſis ciuitatibus ex bono ⁊ minuētur ſubſtātie ex ipſis partibus:
⁊ frangentur cenſus: ⁊ venient rumores mali ⁊ fedi: ⁊ conuertetur omne
bonum in malum: ⁊ omnis leticia in cogitationem: ⁊ erunt radix horum
omnium mulieres ⁊ res veneriles. ¶ Qđ ſi aſpexerit ſaturnum ex quarto
aſpectu non erit bellum apparens: ſed erit diuerſitas in rebus inter ipſos
diuites ⁊ ruſticos: ⁊ cum ciuibus eiuſdem partis ita vt ſi eſſet genitor in
ciuitatibus que ſunt in diuiſione ſaturni: ⁊ filius in ciuitatibus que ſunt in
diuiſione veneris: caderet inter eos diuerſitas in omni ꝗ deſcribent inter
ſe in re ⁊ in negociatiōibus ⁊ ceteris cauſis: ⁊ ſimiliter erūt in oībus homi
nibus ⁊ propinquis que dixi de re planetaꝝ ⁊ eoꝝ aſpectibus in hoc libro






SI autem fuerit in loco veneris mer/curius erit quod di xi de rebus ſaturni iſi petitione diuitum peti/tio grammatice ⁊ fecundi/tatis locutionis ⁊ philoſo phie ⁊ aſtronomie ⁊ medi/cine ⁊ dyaletice. Et appari tio eorum in hoc tempore in diuitibuſ ⁊ ciuibus regio num que ſunt in ſaturni di/uiſione. ¶ Et ſi aſpexerit mercurius ſaturnum ex tri no vel ſextili aſpectu veniet ſuper diuites qui ſunt in partitione arietis ⁊ eius tri plicitate: dona ⁊ exēnia a regibus qui ſunt in ciuitatibus que ſunt in parti bus mercurij omne bonum: ⁊ afferentur inde res venales ⁊ ſubſtantie: ⁊ multiplicabuntur ſubſtantie cenſus ex eis: ⁊ laudabitur hoc in ciuitatibus que ſunt in diuiſione ſaturni: ⁊ erunt plus harum rerum res mercuriales. ¶ Si vero aſpexerit ſaturnum ex oppoſitione erit in loco donationum ⁊ ſeruiciorum contrarietas ⁊ bellum: ⁊ pergent hi diuites ad belländuz hos diuites: ⁊ abſcindetur quicquid afferebatur ex bono: ⁊ minuetur ſubſtātia ex eiſdem partibus: ⁊ frangentur cenſus: ⁊ veniet rumores mali ⁊ fedi: ⁊ defugiet omne bonum: ⁊ apparebit omne maluz ex ipſis ciuitatibus. Hoc erit ſi fuerit mercurius indutus malis ideſt ſi habuit cum eis aliquam cō/plexionem Et ſi fuerit indutus fortunis in hora coniunctionis ſue erit mi noris mali ⁊ minoris impedimenti: ſed non prohibet opus aſpectus oppo ſitionis eius impedimentum. Scito hec ⁊ intellige eum. ¶ Et ſi aſpexerit mercuriuſ ſaturnum ex □ aſpectu non apparebit bellum: ⁊ erit diuerſitas inter diuiteſ: ⁊ diuerſitaſ etiam erit inter ruſticoſ ⁊ militeſ. Et erunt cauſa huius rei res mercurialeſ: ⁊ hoc totum patet in libro naturarum maiori.

CUm fuerit in loco mercurij luna erit tunc cuꝫ hoc quod dixi ex re ſaturni in petitione diuituꝫ apparitio legatorum ⁊ exploratorum: ⁊ conſtitutio reruꝫ venaliū: habundauerit hoc apud diuites ⁊ ruſticos in eodem tempore. ¶ Et ſi fuerit aſpectus lune ad ſaturnum ex trino vel ſextili aſpectu. venient ſuper diuites qui ſunt in diuiſione ♄ ex eis in diuiſione lune donationes ⁊ ſeruicia ⁊ afferentur ex ipſis ciuitatibus res venales ⁊ multiplicabuntur ſubſtantie ⁊ cenſus ex his que ſunt de natura lune: ⁊ defferētur ad ciuitates in quibus fuerit ſaturnus ⁊ erunt plus horū res lunares. ¶ Et ſi aſpexerit ſaturnum luna ex oppoſitione erit in loco donationum ⁊ ſeruiciorum bellum ⁊ contrarietas ⁊ ibunt ipſi diuites ad bellandū hos diuites: ⁊ abſcindetur quicquid defferebatur ex ipſis partibus ⁊ frangentur cenſus ⁊ inuenient rumores malos ⁊ terribiles ⁊ fruſtratur omne bonum ⁊ conuertetur ⁊ fiet malum. ¶ Et ſi fuerit aſpectus lune ad ſaturnū ex quarto aſpectu: non apparebit bellum: ⁊ erit inter diuites ⁊ ruſticos diuerſitas ⁊ inter propinquos contrarietas cauſa rerum lunarium.



¶ Triplicitas ignea orientalis

  

¶ Triplicitas terrea meridionalis.

  

¶ Saturnus cū fuerit dominꝰ anni ⁊ fuerit in thauro aut eius triplicitate erit omne quod predixi de re ſaturni in diuitibus ⁊ ruſticis: ⁊ bonum ac maluȝ quod erat in parte orientis: erit in parte meridiei in ciuitatibus que ſunt in diuiſione ſigni in quo fuerit ſaturnus ſecundū quod expoſui tibi.

¶ Triplicitas aerea occidentalis.

  

¶ Cum fuerit ſaturnus in geminis aut eius triplicitate: erit omne quod dixi ex bono vel malo in parte ſeptētrionis.

¶ Triplicitas aquea ſeptētrionalis.

  

¶ Cum fuerit ſaturnus in cancro aut eius triplicitate: erit omne quod dixi ex bono vel malo in parte ſeptētrionis.



Iupiter cum prefuerit anno ⁊ fuerit dominus eius: deſcenderitqȝ in arietem aut triplicitatem eius: apparebit in ciuitatibus quibus preerit verſus orientem. Religio ⁊ quietudo ⁊ apparitio ſectarum ⁊ obſeruatio preceptorum cum iuſticia ⁊ opus bonum. Quod ſi fuerit tunc iupiter boni eſſe ſignificat multitudinem ſubſtantiarum illis diuitibus ⁊ bonitatem animi eorum ⁊ gaudium eorum ⁊ obedientiam ruſticorum: ⁊ dilectionem eorum erga eos in eodem loco. Quod ſi fuerit mali eſſe ſignificat contrarietatem eorum. ℭ Et ſcito quod opus in ioue in aſpectu planetaruȝ ad eum ſit ſicut opus in re ſaturni ⁊ aſpectus planetarum ad eum equaliter. ℭ Quod ſi fuerit iupiter in tauro vel eius triplicitate: apparitio eorum ex euentibus erit in parte meridiei.
ℭ Et ſi fuerit in geminis aut eius triplicitate erit apparitio eorum que dixi ex euentibus in parte occidētis. ℭ Si vero fuerit iupiter in cancro aut eius triplicitate apparitio eorum que dixi ex euentibus erit in parte ſeptētrionis. ℭ Et ſcito quod hoc quod dixi tibi ex opere in re iouis vt probarem eum ⁊ hoc quod dixi tibi de re ſaturni eſt ex ſecretis ſapientie aſtrorum in reuolutione annorum.



Si fuerit mars dominus anni ⁊ prefuerit ei: fueritqȝ in ariete aut eius triplicitate: apparebit in ciuitatibus quibus preeſt verſus orientem malum ⁊ iniuria ac rapina ⁊ imitatio ad bella ⁊ fuga in exercitu inſtrumentorum bellorum. Et docebunt homines filios ſuos belluȝ ⁊ luctamina ⁊ res marciales. ℭ Quod ſi tunc mars in loco ſuo fuerit boni eſſe ſignificabit victoriam regis ſuper inimicos ſuos ⁊ eorum qui cum eo contendunt ⁊ magnitudinem cordis ſui ac celeritatem ⁊ dilectionem ruſticorum cum hoc ⁊ obedientiam eorum erga eum.
Et ſi fuerit mali eſſe ſignificabit paucitatem victorie ſuper ſuos: ⁊ quod ipſi eum vincent ⁊ paucitatem ſtabilitatis ſuper res vtiles ⁊ iuſtas ⁊ eius deiectionem in omni quod operatur. ℭ Et opus in re martis ⁊ aſpectus planetarum ad eum eſt ſicut opus in re ſaturni ⁊ aſpectus planetarum ad eum equaliter. ℭ Cum fuerit mars in tauro aut eius triplicitate erit apparitio horum que dixi tibi ex euentibus in parte meridiei. ℭ Cum fuerit mars in geminis aut eius triplicitate erit apparitio eoruȝ que dixi ex euentibus in parte occidentis. ℭ Et ſi fuerit in cancro aut eius triplicitate erit aparitio eorum que dixi tibi ex euentibus in parte ſeptētrionis.



SOl cum fuerit dominus anni ſignificat gloriam ⁊ ſublimitatem regis ⁊ petitionē altitudinis regum ⁊ omnium ſublimitatum ⁊ oſtenſionem vtilitatis ac profectus amorem ⁊ affectum in rebus diuinis ⁊ multitudinem coꝝ ⁊ in ceteris hominib⁹ qui ſunt ipſis ciuitatibus que ſunt in diuiſione ſigni in quo eſt ſol vnuſquiſqꝫ homo ſecundum quantitatē ſue nature. ¶ Quod ſi fuerit ſol in ariete aut eius triplicitate erit in parte orientis. Et ſi ſol fuerit boni eſſe in loco ſuo ſignificat rectitudinem militum ⁊ eorum iuſticiam ⁊ aptionem eorum atqꝫ victoriam de inimicis eoruꝫ ⁊ de his qui contendunt cū eis. Si vero fuerit mali eſſe in loco ſignificat paucitatem apparitionis diuitiarum in ipſis ciuitatibus ſuper inimicos ſuos ⁊ cauſam honoris eorum. ¶ Et ſi fuerit in tauro aut eius triplicitate erit apparitio horum que dixi in parte meridiei. ¶ Et ſi fuerit i geminis aut ei⁹ triplicitate erūt ea que dixi in parte occidentis. ¶ Si in cancro aut eius triplicitate erit apparitio eorum que dixi ex euentibus in parte ſeptētrionis.



VEnus cum fuerit domina anni ⁊ deſcenderit in arietem aut eius triplicitatem apparebit in ciuitatibus quibus preeſt petitio ludoruꝫ ⁊ cantilenarum ⁊ opera inſtrumentorum ⁊ doctrina hominum in ipſo tempore ⁊ cupiditas diuitum ⁊ ruſticorum in hoc. ¶ Et ſi fuerit venus tunc boni eſſe ſignificat ſubtilitatem animi ⁊ gaudium ⁊ leticiam diuitum ⁊ ruſticorum adeptionē regionis ⁊ victoriam eorum cum inimicis eorum qui cum eis contendunt. ¶ Si autem fuerit mali eſſe ſignificat horum omnium contraria. ¶ Si fuerit in tauro aut eius triplicitate erit apparitio horum que dixi in parte meridiei. ¶ Si in geminis aut eius triplicitate erunt hec in parte occidentis. ¶ Si in cancro aut eius triplicitate erunt hec in parte ſeptētrionis.



MErcurius cum fuerit dominus anni ⁊ fuerit in ariete aut eius triplicitate apparebit in diuitibus ciuitatuȝ quibus preſunt ſigna illa in parte orientis petitio ſapientiarum aſtronomie ſcilicet ⁊ medicine ⁊ philoſophie ⁊ ſubtilitatis in his. Et ſimiliter in ruſticis ⁊ docebunt homines filios ſuos hoc. ¶ Quod ſi fuerit mercurius boni eſſe in eodem loco ſignificat pulchritudinem ⁊ honeſtatem in diuitibus ⁊ adeptionē eorum atqȝ victoriam de inimicis eorum ⁊ pulchritudinem atqȝ honeſtatem eorum iudicum: epiſcoporum: abbatum: ⁊ ceterorum talium ⁊ negociatorum puerorum atqȝ concubinarū diuitum. ¶ Si vero mali eſſe ſignificat horum omnium contraria. Et opus in re mercurij per aſpectum planetarum ad eum erit ſicut in opere ſaturni equaliter. ¶ Et ſi fuerit in tauro aut eius triplicitate erit qđ dictū eſt in parte meridiei. ¶ Si i gemini in pte occidētis. ¶ Si in cācro i pte ſeptētrionis.



LUna cum fuerit domina anni ⁊ fuerit in ariete aut eius triplicitate apparebit in ciuitatibus quibus preeſt verſus orientem frequentatio ſuſurrationis cum multitudine legatorum ⁊ rumorum ⁊ delectabuntur diuites ⁊ ruſtici i his. ¶ Et ſi fuerit bōi eſſe ſignificat apparitionem itinerum ⁊ ſemitarum cuȝ ſaluatione peregrinantium ⁊ adeptionem diuitum cum victoria contra inimicos eorum. ¶ Si āt fuerit mali eſſe ſignificat econtrario in vniuerſis. Et opus lune per aſpectum planetarum ad euȝ erit ſicut in re ſaturni ¶ Et ſi fuerit in tauro aut eius triplicitate erunt hec i meridie. ¶ Si in gemini i occidēte. ¶ Si in cancro aut eius triplicitate erunt hec in parte ſeptentrionis.



Saturnus ē ſignificator diuitū antiquoꝝ religioſoꝝ agricolaꝝ ⁊ ſenū. Qui cū ſi fuerit impeditus hora reuolutiōis tūc deſtruit quicqd ē ei i idictiōe ſua ex reb⁹. Si fuerit in ſignis hominū ſignificat ꝙ accidūt eis īfirmitates lōginque ⁊ tabefactio diuitū: ⁊ erit deſtructio reꝝ victualiū diuites efficient paupes: paupes vo morient ⁊ ꝯtriſtabuntur magnati: eritqꝫ exiccatio corpoꝝ illoꝝ: ī quoꝝ ſignis fuerit cū macie ⁊ febre terciana ⁊ quartana: fuga quoqꝫ ⁊ inuolutio mentis anguſtie ⁊ timor mortis ⁊ iterfectio diuitū. ¶ Qui ſi fuerit i ſigno terreo: ſignificat ꝺſtructionē eoꝝ q̄ ſunt in diuiſione eius: vt ſeminū penuriā eoꝝ atqꝫ detrimentū arboꝝ ex vermib⁹ i eas cadētes ſicut locuſte. ¶ Et cū fuerit i ſignis aeris ſignificat grauitatē frigoris cū multitudie nebulaꝝ gelu forte ⁊ corruptionē ꝯplexionū aeris ⁊ tonitrua ⁊ coruſcationes fulminū atqꝫ impedimētū ex multitudine pluuiaꝝ. ¶ Et cū fuerit in ſigno aq̄tico ſignificat impedimēta in fluminib⁹ ⁊ maribus in naufragiis: ⁊ animalia patient aquaꝝ. Si vero apt⁹ fuerit ⁊ ſine ipedimēto aliquo erūt ecōtrario ea q̄ dixi. ¶ Qui ſi fuerit ipedit⁹ hora reuolutiōis iudica ꝺſtructionē ⁊ iped mētū. ¶ Et ſi fortunat⁹ fuerit i ſignis hūanis dictū ē ſuperi⁹. ¶ Et ſi i terreis ſignific.t tribulatiōes ⁊ iniurias ex tremore ⁊ tremotu ⁊ deſtructionē domoꝝ: ciuitatū ⁊ villaꝝ. ¶ Et ſi fuerit i aereo erit corruptio aeris ⁊ ei⁹ tenebre cū tonitruis ⁊ fulgorib⁹ cū ſcintillis ignitis ⁊ fulminib⁹ i aere diſcurrētib⁹ ⁊ marie ſi fuerit infortunat⁹ i ſignis aereis. ¶ Et ſi fuerit i aq̄ticis erit impedimētū in aq̄ ⁊ naufragio ꝓſtrationē nauiū in mari in quo piclitabunt pegrinātes in aq̄ ⁊ morient aīalia aquaꝝ. ¶ Si āt fuerit i loco mali: fortūa verte ſniaꝫ ⁊ loco mali dic bonū: ⁊ loco timoris ſecuritatē. Et aſpice planetā ipedietē cū vel caudā i quo ſigno ſit qꝛ ſi fuerit i ſigno igneo erit radix ipedimēti ex ignibus ⁊ ꝯbuſtiōib⁹. ¶ Q ſi fuerit i ſigno lupoꝝ erit ipedimētum ex lupis. ¶ Si āt fuerit mal⁹ i ſigno terreo erit radix ipedimēti ex pte reꝝ t'reſtriū. Similiter erit narratio tua i ceteris ſignis. ¶ Si āt aſpexerit eū fortuna i hora reuolutionis iudica fortitudinem ⁊ bonum. ¶ Si aūt aſpexerit eum malus iudica ſecundū eum qui pluris fuerit teſtimonij ⁊ nō fruſtraberis omnino opus debile: quia natura facit opus ſuum niſi ſit prorſus omnino debilis. Scito hec ⁊ operare per ea ⁊ non errabis ſi deus voluerit.



IUpiter eſt ſignificator nobilium ⁊ iudicum epiſcoporum ⁊ conſulum religioſorum bonorum ciuium ⁊ ſectarum. Qui ſi fuerit impeditꝰ hora reuolutiõis tunc detrimẽtum patietur omne qđ fuerit ei appropriatũ. ¶ Qui ſi fuerit in humanis ſignis ſignificat deiectionẽ nobilium ⁊ diuitum ⁊ prauitatem rerum earum ⁊ paucitatem donationum eorum ⁊ fruſtrationem ordinum eorum cum ſolicitudine erga propinquos ſuos deſtructionem quoqꝫ regnorum babilonie ⁊ arabum ⁊ paucitatẽ ſubarum cum multitudine curioſitatis: ⁊ erit hoc ſuper ciuitates que ſunt in diuiſione ſigni in quo ♃ eſt cum exercitio mendacij in locutionibus hominum cum oſtenſione mali ⁊ iniuriarum ⁊ infirmitates corpoꝝ cum debilitate acquiſitionis hominum. ¶ Si autem fuerit in ſigno terreo ſignificat deſtructionem terrarum ⁊ paucitatem fructuum arboꝝ tritici ⁊ ordei: ⁊ caſum palloris in meſſibus. ¶ Si fuerit in ſigno aereo ſignificat paucitatem pluuiarum ⁊ corruptionem ventorum aeris. ¶ Si autem fuerit in ſigno aq̄tico ſignificat deſtructionem nauigantium in mari cum paucitate eorum acquiſitionis ⁊ cõſumptionem aquaꝝ ⁊ paucitatẽ piſcium. ¶ Et ſi fuerit in ſigno beſtiali ſignificat impedimentũ in beſtijs maxime in his quibus vtũtur homines de his que pertinent ad ipſum ſignum. ¶ Si aũt fuerit in loco mali fortuna verte ſiniam ⁊ dic loco mali bonum: loco iniurie iuſticiam: deiectionis ſublimitatem dedecoris honorem ⁊ aſpice planetam impedientem eum in quo ſigno ſit ⁊ commiſce eum ⁊ loquere ſecundum quod expoſitum eſt in rebus ♄ ⁊ ſimiliter in iuuamento ♃ cum fortuna vel malo erit narratio tua.



MArs quidem conſiliatores bellorum ⁊ auctores guer/raruꝫ ⁊ inſurgentes contra regē: mortem quoqꝫ ſubitaneam cum multitudine infirmitatum: febres graues ⁊ abſciſiones viarum: effu/ſiones ſanguinis: caſum quoqꝫ conbuſtionis ⁊ fluminis conſum/ptioneꝫ. ¶ Qui ſi fuerit in terreis ſignificat deſtructionem arboruꝫ per combuſtionem caloris: ⁊ ventos validos nociuos ⁊ combuſtionem frugum nouarum in tempore ſuo. ¶ Qui ſi fuerit in aereo ſignificat pau/citatem pluuiarum ⁊ grauitatem caloris: ⁊ fulmina ⁊ calores nociuos. ¶ Et ſi fuerit in ſigno aquatico ſignificat periculoſa naufragia nauigen/tium repente cum ventis fortiter flantibus. ¶ Et in ſigno quadrupeduꝫ ſignificat impedimentum in quadrupedibus quibus homines vtuntur: ⁊ de his que pertinent ad ipſum ſignum: poſtea aſpice planetam impedien/tem eum in quo ſigno ſit: ⁊ commiſce locutionem tuam ſuper hoc ſecundū quod dictum eſt in rebus ♄. Et ſimili erit narratio tua in indumento ♂ cum malo vel fortuna ſicut in ♄.



Sol ſignificat magnates: diuites: ⁊ honorabiles. Qui ſi fuerit impeditus hora reuolutionis detrimentum patietur omne quod eius eſt: ita q̄ multum impedietur: ⁊ accident vniuerſo vulgo: infirmitates. ¶ Qui ſi fuerit in ſignis humanis erit impedimentum in his que pertinent ad eum de hominibus. ¶ Si in terreo erit in his que ſunt ex ſubſtantia terre ⁊ metalloꝝ. ¶ Si fuerit in aereo erit impedimentum in aere. ¶ Si in aquatico que ſunt ex animalibus aquarum impedimentum patientur. ¶ Et ſi fuerit in loco mali fortuna verte ſentenciam ⁊ dic loco mali bonum: ⁊ aſpice planetam impedientem eum vt ſupra.



Venus eſt ſignificatrix mulierum ſponſalium. que cū impedita fuerit hora reuolutiōis impedietur omne quod eius eſt. ¶ Si in humanis ſignis impedimentum patietur quicquid eius eſt in hominib⁹. ¶ Si in terreis que ſunt ex ſubſtantia terre. ¶ Si in aereo que ſunt in aere. ¶ Et ſi in aquatico que ſunt ex ſubſtantia aque. ¶ Et ſi fuerit in loco mali fortuna verte ſententiam ⁊ dic loco mali bonum: ⁊ aſpice planetam eum impedientem vt ſupra.



Mercurius eſt ſignificator ſcriptorum ariſmeticorum negociatorum puerorum ac magiſtrorum operum. ¶ Qui ſi fuerit impeditus hora reuolutionis: detrimentum patietur omne quod eius eſt: ⁊ erit narratio tua ſuper ea que ad ipſum pertinent: ⁊ ſuper oſtenſum eius in ſignis humanis terreis aereis aquaticis beſtialibus ſecundum aſpectum quoque fortunatorum ⁊ malorum ad ipſum: ⁊ ſecundum indumentum eius cum ipſo ſicut in ♄ dictum eſt.



Luna eſt ſignificatrix legatorum et legationum et vniuerſitatis vulgi ⁊ eorum motus cõtinẽtie ⁊ quietudinis omni die. ¶ Que cum impedita fuerit hora reuolutionis deſtruetur omne quod ad eam pertinet. Et erit narratio tua ſuper eam ⁊ ſuper omnia que eius ſunt ſecundum preſentiam eius in ſignis humanis: aereis terreis aquaticis beſtialibus ſecundum aſpectum malorum ⁊ fortunatorum ad eam: ⁊ indumentũ eorum cum ea ex quibus ſignis eam aſpiciunt quemadmodum dictum eſt de alijs. Scito ⁊ intellige hoc ſecretum: ⁊ nihil eſt quod tibi occultari poſſit quod inueſtigare volueris ſi deus voluerit.

## ¶ De grauitate ⁊ leuitate annone.

Scies autē hec ex vtriſqȝ planetis ſuperioribꝰ:quia omnis grauitas eſt ex opere ♄:⁊ omnis leuitas ex opere ♃. Quotienſcunqȝ ergo videris ♄ in reuolutione annoꝝ in ſigno in quo fuerit ☌ que ſignificauit ſectam:⁊ non aſpexerit eū ♃ aut ♀ cum ☊ hoc erit ex ſignis grauitatis ſine dubio. Cōmiſce igitur narrationē tuam ſuper eum ⁊ ne timeas. Et ſi ita fuerit ꝙ ſit cauda cum eo in vno ſigno iudica grauitatem annone:⁊ terrorem hominuȝ:niſi aſpiciat ♃ hunc locum:hora in qua ſeparat cauda ab eo. ¶ Item anni qui ſignificant famem ipſi ſunt quibus prefuerit ♄ in ☌ aut ☍ in qua fuerit reuolutio:⁊ eo grauius ſi fuerit in ☌ vel ☍ ☿ hoc autem fit in annis. ¶ In menſibus enim cum videris eum in ☌ aut ☍ in nono loco aut tercio hoc erit ſignū leuitatis. ¶ Scito igitur aſcēdēs preuentionis aut ☌ poſt hoc aſpice dominū eius qui ſi fuerit auctus lumine vel curſu tunc augetur in precio annona in eodem menſe:⁊ ſimiliter ſi fuerit in medio celi aucta augebitur eodem modo precium annone. Et ſi fuerit minutus curſu minuetur precium annone. Et ſi fuerit iens ad deſcēſionem ſuam ſimiliter deſcendet preciuȝ annone. Si vero fuerit in angulo ſubterraneo aut in ſeptimo ſtabit in eſſe ſuo precium. ¶ In ceteris autem rebus extra triticum ⁊ ordeum aſpicias diſpoſitorem anni ſi fuerit fortunatus: aſpice etiam in quali ſigno ſit et que ſit ſubſtantia eiuſdem ſigni. Qꝫ ſi fuerit de ſubſtātia ignis erit hoc in auro ⁊ argento:⁊ in omni quod operatur per ignem. Quod ſi fuerit in terreis erit hoc in rebus terreis. Si autem fuerit in ſigno aeris tunc erit hoc in animatis. Aſpice locum eiuſdem ſigni ab aſcendente ⁊ loquere ſuper illud. Aſpice ſi fuerit in ſignis aquaticis:erit hoc in animalibus aque:⁊ in omni quod de ea exit. Hec aūt omnia loca in quibus fit omnis grauitas annone. ¶ Si autem in ♈ aut eius triplicitate fuerit:erit in parte orientis. ¶ Si in ♉ aut eius triplicitate in pte meridiei. ¶ Si aūt in ♊ aut eius triplicitate erit in occidēte. ¶ Si vero in ♋ aut eius triplicitate erit in ſeptentrione. ¶ Conſidera forum annone cum ☉ intrauerit primum minutum ♈ ſiue ſignorum in quibus fiunt exaltationes planetarum que ſunt mobilia. Nam deſcenſio ☉ in primum minutum ♈ fortior ⁊ ſubtilior eſt omnibus deſcenſionibꝰ eius in ſignoꝝ mobiliū inicijs. He ſunt deſcēſiones eius i ſignis mobilibꝰ. Scito autē hoc ſecretū aſtronomie in foro vt non tranſeas illud ad foruȝ eundo. Et ſi volueris habere ſcientiā alicuiꝰ rei nominatim:aſpice planetā illius rei ſignificatorem:⁊ illius rei fori in quo ſigno ſit: que res etiam illi ſigno attineat:⁊ res que planete alicui attineat. iam alias dictum eſt.

¶ De pluuijs.

SCientia autem huius rei eſt ex ♂ cum fuerit in aliqua domoꝝ ſuaꝝ hora reuolutionis hoc erit inicium pluuiarum multitudinis. Et cuꝫ fuerit in domo ♄ hoc erit iudicium paucitatis pluuiarum. In alijs vero domibus aliorum planetarum mediocritatem ſignificat pluuiarum.

¶ De bellis ⁊ guerris.

SCientia bellorū ⁊ guerre eſt ex loco ♂ in ☌ eius cum ♄ ex ☍ eius aut □ Cum enim ſic fuerit ſignificat bellum. Et cum fuerit ♃ cum ♂ ſignificat bellum quaſi ad iuſticie defenſionem eorum qui ſe dicunt hac cauſa iuſticie imitare. Et ſimiliter ☌ planetarum ceterorum admiſceri debent ſecundum quantitatem naturarum earum ⁊ aſpiciatur eſſe imaginū in ſignis ſecundum quod diximus in libro imaginum.

¶ De peſtilentia.

IN multitudine peſtilentie ⁊ mortis ſcitur hoc ex alicuius principioꝝ aſcendente cum aſcendente alicuius principiorum quorum mentio preceſſit vt eſt ſignum ☌ preſentis anni: vel ſignum ☌ quod ſignificauit ſectam: hec ſcilicet cum fuerint impedita ⁊ domini eorum erit peſtilentia valida. Et ſi quedam eorum fuerint ſalua erit mors ⁊ peſtilentia ſecundum quantitatem illius. ¶ Conſidera hoc ⁊ inuenies illud ⁊ poteris iudicare mortem in dimidio hominum aut tercia aut quarta parte ⁊ non errabis.

¶ De terremotu.

TErremotus ⁊ diluuia ſciuntur a ♄ cum fuerint radij eius in ſignis primarum coniunctionum ⁊ aſcendentibus earum ideſt in aliquo eorum ſignorum quorum narratio preceſſit que ſunt principia ſcilicet ſignuꝫ ☌ ideſt aſcendens anni. Et ſignum ☌ ſecte vel eius aſcendens. Cum eniꝫ fuerit ♄ in eis ⁊ proiecerit radios ſuos ad ea ex ☍ aut ex □ aſpectu: ⁊ cum hoc ſi ipſe impeditus. Aſpice eum ſi fuerit in ſignis terreis facit tenebras aeris ⁊ terremotus ⁊ fames. In aeris ſignis niues ⁊ frigus tenebras aeris ⁊ eius corruptionem: flatus ventorum eradicantium arbores ⁊ palmas. Si in aqueis ſubmerſiōes ⁊ diluuia ſecundū quantitatē fortitudinis ⁊ debilitatis ſue erūt hec ꝯtingentia. Si in igneo facit in aere ꝓdigia terribilia atqꝫ horribilia que ſunt in aere. ¶ Sciunť.n.hec ex ♂ cū ipſe p̄fuerit quibuſdā annis quoꝝ mentio preceſſit: poſtea euenerit vt in eodē anno in quo fueris preſit eidē ſigno cui p̄fuerat ꝓdictis ſi principijs. Secundū ergo quantitatē fortitudinis ſue in eodē anno erit fortitudo eoꝝ que euenīēt ex predictis ſcintillis ⁊ prodigijs. ¶ Et ſcito ꝙ annus cū fuerit eius aſcēdens in fortitudine ſua in eodē anno hora deſcenſiōis ſolis in primū minutū ♈ .i. cū fuerit aſcendens ſignū fixū non reuoluas quartas in eodē anno: poterit.n.tibi ſufficere aſcendens eius anni: fiducia.n.huius rei eſt ſignū fixuꝫ. Non.n.indigebit reuolutiōe quartaꝝ ⁊ menſiū niſi ad foꝝ proprie preter

cetera. Scito hoc: porro ſi fuerit ſignũ cõmune: neceſſe eſt ſemper vt reuol/
uas annũ ad horã deſcenſionis ſolis in primũ minutũ ♎. ¶ Si vero fue
rit aſcendens anni ſignum mobile neceſſe eſt tibi equare introitũ ſolis in
omni quarta ex reuolutione. Et operabis per eas figuras ſicut operatus
fuiſti in inicio anni: hoc eſt tẽpore deſcenſionis in primũ minutũ ♋ ꝛ pri/
mum minutũ ♎ ꝛ primũ ♑. ¶ Scito hoc ꝛ operare per illud quia inue/
nies in omni eo quod operatus fueris in aſcendentibus harũ quartarũ
ſicut feciſti in reuolutione inicij anni equaliter. Et nõ aduertas te ad illud
q̃a ſtudioſe ꝓbaui q̃d dixerũt ſapiẽtes antiq̃: ꝛ inueni partẽ euenire: ꝛ par/
tem errare: ꝛ hoc ꝑꝑ diuerſitatẽ aſpectuũ q̄ variabilis ẽ in omni mẽſe. Nam
ꝛ ipſi dixerũt nõ facias in aſcendẽte quarte ꝛ in aſcendente ei⁹ mẽſis ſicut
facis in aſcendente anni: q̃a facis in aſcendente anni per planetã qui fuerit
plus teſtimonij ꝛ loco fortis. ¶ Dixerũt. n. nõ eſt neceſſe vt facias in aſcẽ
dentib⁹ quartarũ ſimiliter ſed aſpicias planetã fortẽ in loco ſuo nõ multitu
dine teſtimonij: ſed bonitate loci tñ. ¶ Dixerunt alij facias ꝑ dñm ☌ vel
ꝑuentionis q̄ fuit ante hoc. Et ſi nõ aſpexerit aſcendẽs erit ipſa tribulatio
ꝓprie in ciuitatib⁹ q̄ ſunt in diuiſiõe ei⁹. Et fac in aſpectu planetarũ ad eũ
ſicut feciſti in ope planetarũ ad ipm̃ i ♈ ꝛ ei⁹ triplicitate: ꝛ loq̄re ſup partẽ
in qua erit impedimentũ cauſa illorũ in ſubſtãtijs ſignorũ in quib⁹ fuerint
planete aſpiciẽtes dñm q̃rte: ſicut demonſtraui in capitulo ♄. ¶ Si autem
fuerit ♂ i ♊ aut eorũ triplicitate: fueritq3 ipſe ♂ dñs ãni ꝛ direct⁹ i angulo
ſignificat bellũ ꝛ effuſionẽ ſanguinis ꝛ ꝯtentionẽ: quia illa triplicitas ẽ hu/
mane ſimilitudinis. ſi retrograd⁹ fortitudinẽ ei⁹ ꝛ grauitatẽ. Si vero nõ
ſit in angulis ꝛ ſit direct⁹ ꝛ aſpexerit aſcendens ſignifica infirmitatẽ ex pte
ventorũ ꝛ ſanguinis. Et grauit⁹ in regiõe q̄ fuerit ex diuiſiõe ſigni in quo
deſcendit extra triplicitates. ſi retrogradus peſtilẽtias. Et ſi nõ aſpexerit
aſcendens fueritq3 direct⁹ multitudinẽ ꝯbuſtionis ꝛ impedimẽta ꝑ ignes
ꝛ infirmitates malignas hominib⁹. ¶ Si fuerit ♂ i ♋ aut ei⁹ triplicitate
ꝛ fuerit ipſe dñs anni ac direct⁹ accidẽt guerra ꝛ ꝯtentio in terrã arabũ ꝛ
ſanguis ꝛ peſtilentia ꝛ mors ſupflua: ꝛ timebit̃ ſup regẽ mutatio a regione
in regionẽ. ¶ Si aũt non ſit in angulo ꝛ aſpexerit aſcẽdẽs ſitq3 directus
in hoc cauendũ eſt loqui in eo. ſi retrograd⁹ ſignificat illius rei grauitatẽ.
Si vero nõ aſpexerit aſcẽdẽs erit hoc ſingulariter in vno loco de aſpectu
planetarũ ad eũ ẽ ſicut in capitulo quod preceſſit de ♄ ꝛ aſpectu planetarũ
ad eũ equaliter. ¶ Cõiũctio ♄ ꝛ ♂ in ſignis: cũ ꝯiuncti fuerint i aſcẽdẽte
alicui⁹ anni reuolutiõis ſignificãt malũ vniuerſale i ruſticis. ¶ Et ſi ꝯiũcti
fuerint in ſecũda ab aſcẽdẽte anni ſignũ ẽ deſtructionũ ſubſtantiarũ eorum
ꝛ domorũ: ꝛ tradet̃ obliuiõi memoria diuitũ: ꝛ ſupbiẽt eorũ ſerui ꝛ milites
ꝛ modicã fidẽ ſeruabũt eis. ¶ Et ſi cõiuncti ſint in tercia ſignificãt deſtru
ctionem domorũ religionis ꝛ deſcenſum horribilium ſuper deum colentes.

¶ Si vero ꝯiuncti fuerint in quarta deſtructionē edificioꝝ ꝛ manſionū ac fundorum. ¶ Si in quinta multitudinē deſtructiōis in filijs ꝛ mutationē cordium amicoꝝ. ¶ In ſexta ſignificat impedimētū ꝑtinens ad animalia ꝛ omnia quadrupedia quibus vtūtur hoies: ꝛ ad ſeruos ſuos ꝛ ancillas. ¶ In ſeptima caſū mali ꝛ rixe inter ꝑcipes ꝛ ꝯiuges ꝛ ꝯtendētes inter ſe ꝛ ꝯquerētes exitū inimicoꝝ. ¶ In octaua multitudinē errantiū ꝛ coꝝ mortem ꝛ inualitudinē ꝛ occupationē: ꝛ in petitionibus his que petūtur propter reliquias mortuoꝝ: ꝛ cadet mors ſup eos qui errauerint eo anno. ¶ In nona deſtruunt̄ vie ꝛ extrema ꝛ plus in his itinera quib⁹ perueniṫ ad domos oratiōis maiores ꝛ nominatas. ¶ In decima deſtructionē eſſe regum ꝛ diuitum ꝛ mortem magni regis. ¶ In vndecima deſtructionem cadentē inter amicos: ꝛ mutabitur omnis habens amicū ſup ſociū ſuum. ¶ In duodecima impedimētū deſcendēs in omnia quadrupedia: cadetq; tribulatio in omnibus vēditoribus beſtiarum. ¶ Et omne quod dixi tibi de hoc erit in regionibus que ſunt in diuiſione ſigni in quo coniungūtur. Etiam ſi iungātur in ſignis ꝛ in termino alicuius planete: tunc erūt tribulationes in ciuitatibus diuiſionis eiuſdem planete cuius eſt terminus.

¶ De ſtellis fixis quid operantur in reuolutionibus ac natiuitatibus.

SCientia ſtellarum fixarum ꝛ earum opera patefaciam tibi. ¶ Scito igitur ꝙ in capite ♈ ſunt due ſtelle: vna. 13. gra. duū ꝛ. 25. minutorum. altera. 14. ḡ. ꝛ. 25. mi. ꝛ earum latitudo in ſeptentrione: ꝛ complexio earum ex complexione ♄ ꝛ ♂. ¶ Pliades ex complexione ♂ ꝛ ☽. ſuntq; in ♉ inter. 9. ḡ. ꝛ. 55. m̄. vſq; 13. ḡ. latitudo earum in ſeptentrione. 6. gra. ¶ Aldebaram cuius natura eſt ex natura ♂. ē in ♉. 19. ḡ. ꝛ. 15. m̄. ¶ In ♊ eſt ſtella. 18. ḡ. 55. m̄. In alio libro. 16. ḡ. cuius latitudo meridiana: ꝛ complexio eius ē ex cōplexione ☉. ¶ In ♋ ſunt due ſtelle quaꝝ vna eſt. 12. ḡ. ꝛ. 55. m̄. de cōplexiōe ♂. altera. 2. ḡ. ꝛ. 55. m̄. de ꝯplexiōe ♄. ¶ In ♌ due quaꝝ vna. ē 15. ḡ. ꝛ. 55. m̄. altera. 7. ḡ. ꝛ. 22. m̄. ꝛ earū latitudo ſeptentrionalis: de cōplexione ♄. ¶ In ♍ eſt ſtella ex complexione ♂. 7. ḡ. ꝛ. 1. m̄. In alio. 4. ꝛ alia de complexione ♄. 25. ḡ. ¶ In ♎ eſt ſtella de ꝯplexione ♄. 26. gra. ¶ In ♏ tres ſtelle quarum vna in. 1. ḡ. ꝛ. 3. m̄. alia. 9. ḡ. alia. 8. ḡ. ꝛ. 7. m̄. ꝛ eaꝝ complexio ♂. ¶ In ♐ due parue quaꝝ vna. 19. ḡ. ꝛ. 2. m̄. alia. 21. ḡ. ꝛ. 1. m̄. alia. 25. ḡ. ꝛ. 8. m̄. ꝛ ſunt de natura ♄. ¶ In ♑ due quarū vna mala. 27. ḡ. ꝛ. 2. m̄. alia. 29. ḡ. ꝛ. 5. m̄. ex ꝯplexiōe ♄. ¶ Una in ♒. 9. ḡ. ꝛ. 4. m̄. de complexione ♄. ¶ In ♓ vna. 4. graduum ꝛ. 7. minutorū In alio. 4.

## ¶ De dominio anni quomodo infortunatur ex ſtellis.




Cum ergo videris dominum anni iunctuʒ alicui harum ſtellaruʒ quas dixi.i.cum videris eum in ſimili hoꝛum graduum quos diffiniui. Scito ꝙ impedimentum cadet in reges ⁊ diuites ⁊ nobiles:⁊ in eis erit meroꝛ ⁊ cogitationes maligne:⁊ īfirmitates ex doloꝛe capitis freneſiſqʒ. ¶ Nō ſi ceciderit aliqua harū in gradum aſcendentis:ſi quis natus fuerit in eodem anno ⁊ fuerit eius aſcendēs in ipſis gradibus ex illo ſigno erit malus ille puer ⁊ infortunatus multarum infirmitatum quarum plures in capite erunt. ¶ Et ſi ceciderit dominus ſecundi ab aſcendente reuolutionis anni cum his ſtellis quas dixi tibi:ſcito ꝙ impedimentum cadet in domos ſubſtantiarum:⁊ deſtruuntur ſubſtantie diuitum ⁊ nobilium:⁊ cadet in eos inuolutio ⁊ mentis alienatio:⁊ iudicabunt ſe eſſe pauperes cuʒ meroꝛe:⁊ accident eis infirmitates maligne:in collis ⁊ auribus vt catharrus ⁊ ſurditas. ¶ Et ſi ceciderit aliqua harum in gradus ſecundi ab aſcendente reuolutionis anni:⁊ fuerit natus puer in illo anno:⁊ ſit ſignuʒ reuolutionis aſcendēs nati:⁊ fuerit ipſa ſtella in gradibꝰ ſui aſcendētis erit pauper ⁊ mali eſſe ⁊ pauce acquiſitiōis ⁊ parui ingenij inter ꝓpinquos ſuos:⁊ ſi ſit ei ſubſtantia abibit:eritqʒ multarum infirmitatum ex gutture ⁊ auribus. ¶ Si autem fuerit dominus tercij ab aſcendente reuolutionis anni iunctus alicui harum ſtellaꝝ quas dixi:ſcito ꝙ impedimentū ⁊ deſtructio cadet in domos oꝛationuʒ ⁊ ſuper hominē qui pꝛopꝛie peregrinatꝰ fuerit:cadetqʒ inter fratres rixa:⁊ cōtriſtabitur omnis cū fratre ſuo abſqʒ cauſa Et erunt plures infirmitates hominum ex ſpatulis ⁊ furculis ⁊ brachijs eo tempoꝛe graues ⁊ pꝛolixe. ¶ Et ſi ceciderit aliqua harum ſtellarum in gradibus tertij reuolutionis ⁊ natus fuerit puer in eodē anno cuius aſcēdens ſit hoc ſignū terciū:⁊ ſtella ſit in gradibus ſui aſcendentis:erit natus ſuper fratres ſuos malus homo ⁊ ſuper amicos:⁊ eū qui habet conſtituet amicum ſibi male voluntatis male cogitationis nullius boni ꝓpoſiti:⁊ ſi peregrinetur nullum bonum habebit in hoc:⁊ ſi ſit ei ſubſtantia peribit:

vnde quali ꝑ reuolutiones annorum mundi aliqd de natiuitatibus Iudicare possumus.

⁊ erũt plures infirmitates ei⁹ in ſpatulis ⁊ furculis ⁊ brachijs. ¶ Si fuerit dominus quarti ab aſcendente reuolutionis anni cum aliqua iſtarum ſtellarum quas dixi: ſcito quod cadet impedimentum ⁊ maluz in terras ⁊ meſſes ⁊ agricolas: ⁊ cadet bellũ in ciuitates ⁊ villas: ⁊ rixa inter patres ⁊ filios cũ inuidia multa: ⁊ contriſtabuntur ad inuicẽ ⁊ nouiſſima horum que euenient in eodem anno ad omne malũ. Et ſi quis emerit hereditatẽ aut villas non videbit quid diligat in eis. ¶ Et ſimiliter ſi qua harum ſtellarum ceciderit in gradũ quarte domus ab aſcendente reuolutionis. Et ſi fuerit puer natus in eodẽ anno: malus omnino ſuper parentes ſuos naſcetur odio eos habens ⁊ nouiſſima rex erunt in maluz. Et ſi ſit operis alicuius non laudabitur ſuper eo: ⁊ plures eius infirmitates: ⁊ he infirmitates que accident in eodẽ tempore erunt in pectoribus ⁊ pulmonibus ⁊ in his partibus corporis. ¶ Et ſi fuerit dominus quinte ab aſcendente reuolutionis anni cum aliqua harũ ſtellellarũ cadet infirmitas deſtructio ⁊ impedimentuz inter dilectos ⁊ qui donauerint non remunerabuntur ⁊ homines odio habebunt filios ⁊ petitionẽ filioꝝ: ⁊ minuentur coitus: ⁊ accident ei infirmitates in ventribus ⁊ ſtomacho ꝓhibentes eos a coitu. ¶ Et ſimiliter ſi ceciderit aliqua harum ſtellarum in gradus quinte ab aſcendente reuolutionis: ⁊ ſi puer natus fuerit in eodem anno cuius aſcendens ſint ipſi gradus ex illo ſigno erit parentibus ſuis odibilis modice obſeruationis erga eos qui cõuiſcebuntur ei non perſeuerabit in dilectiõe alicuius nec remunerabit aliquem ex bono ⁊ erunt plures eius infirmitates in ventre ⁊ ſtomacho. ¶ Si vero fuerit dominus ſexte ab aſcendente reuolutiõis anni cũ aliqua haꝝ ſtellaꝝ cadet infirmitas ⁊ deſtrutio ⁊ ipedimentum in omnia quadrupedia ⁊ in ſeruientes regis ⁊ ſeruos eius ⁊ ſimiliter in ceteros ſeruos: ⁊ pauper efficiet̃. Cuius officiũ eſt venditio ſeruoꝝ maxime ſi ſit dominus ſigni in ſigno maſculino: vel in ancillis ⁊ feminis cadet hoc impedimentum ſi ſit in ſigno feminino: ⁊ patiuntur fugitiui in eodem anno: ⁊ quidam eoꝝ non redibunt. Et erunt multe infirmitates in hominibus: ⁊ plures earum in inteſtinis ⁊ collica. Et ſimiliter ſi ceciderit aliqua haꝝ ſtellaꝝ in gradus ſexte aſcendẽtis reuolutionis: ⁊ ſi puer nat⁹ fuerit in eodẽ anno: ⁊ fuit ipſi grad⁹ aſcendẽtis ex illo ſigno nõ erit cupid⁹ in ſeruis: ⁊ ſi ſint ei ſerui nõ videbit bonũ ex eis: ⁊ diliget a puericia fugere a parẽtib⁹ ſuis. Si velit vti animalib⁹ quadrupedib⁹ nõ videbit bonũ ex eis ſed interibũt apud eũ. Et erũt ĩfirmitates ei⁹ ⁊ hominũ ĩ eodẽ tpe ĩ inferiori pte ventris ¶ Et ſi ſit dñs ſeptime ab aſcendẽte reuolutiõis anni cũ aliqua harũ ſtellaꝝ multiplicabuntur litigatores ⁊ bellatores ſup regẽ ⁊ ĩter ſe ĩterficiẽt ſe ⁊ cadet malũ ⁊ rixa inter homines: ⁊ abſcindet̃ ſocietas multo diſcidio: ⁊ iraſcetur rex in familiares ſuos: ⁊ dimittẽt viri vxores: ⁊ minuetur pietas ⁊ miſericordia ⁊ obdurabunt̃ corda eorum: ⁊ pauce fient

nuptie ⁊ ſubſtantia non reddet venditori: ⁊ dilatabuntur inquiſitiones et minuent capitalia: ⁊ erũt infirmitates hominũ in veſica ⁊ renib⁹ ⁊ anchis ac poſteriorib⁹. Et ſimiliter ſi ceciderit aliqua harũ ſtellarũ in grad⁹ ſeptime aſcendentis reuolutionis anni: ⁊ ſi puer natus fuerit in eodẽ anno ſub ipſis gradibus non videbit ex vxore ſua bonum nec omnis qui participatur ei. Et ſi dederit capitale nõ videbit in eo quod amat. Contendens cũ aliquo vincet: ⁊ erunt infirmitates eius in veſica renib⁹ anchis ⁊ poſteriorib⁹ vt ſupra dictũ eſt. ¶ Si vero dñs octaue ab aſcendẽte reuolutiõis anni fuerit cũ aliqua harũ ſtellarũ. cadent infirmitates deſtructio ⁊ impedimentũ ſuper erraticos: nec furabit quis aliquid in tempore illo q̃ non reddat ⁊ carebit rex aliqua re theſauri ſui nec inueniet ⁊ cadent impedimentũ ⁊ rixe multe inter heredes ſubſtantiarũ mortuorũ: ⁊ multa mors in vilibus ⁊ deiectis: ⁊ multũ impedimentũ ſuper ſubſtantias cõtendentiũ maioris regis climatũ ⁊ indigebunt auxilio maioris regis ex regibus babilonie ⁊ rege romanorũ ⁊ indorũ ⁊ erũt plures infirmitates hominuũ in virga ⁊ iguinib⁹ ⁊ teſticulis. Et ſi ceciderit aliqua harũ ſtellarũ in gradus octaue ab aſcendente reuolutionis fiet eodem modo vt prius dictũ eſt de dño octaue ſi ceciderit cum aliq̃ earũ. Et ſi nat⁹ fuerit puer in eodẽ anno ſub ipſis gradib⁹ erit ꝓfugus nec intrabit ſub tectũ ⁊ erit colligens manus cuꝫ inimicis: ⁊ petet eſſe cum demonibus: nec videbit in ſe bonũ pro labore ſuo ⁊ peregrinatione: ⁊ plus ſepius erit in loco mortuorũ ⁊ cadauerũ ⁊ fetorũ. Et plures eius infirmitates ſed ⁊ hominũ in illo tẽpore erũt in teſticulis ⁊ verẽdis. ¶ Et ſi ſit dñs none ab aſcendente reuolutionis cũ aliqua harum ſtellarũ cadet impedimentum deſtructio ⁊ infirmitas in deum colentes: ⁊ in domos orationum maiores ⁊ in itinera peregrinãtium ad loca longinqua ⁊ deſtruentur ſecte hominuꝫ ⁊ cadet in eos inuolutio ⁊ ſtupor mentis ⁊ cogitatiões in rebus celeſtibus: ⁊ dubitatio ⁊ negociatio domini dei altiſſimi: ⁊ qui peregrinat⁹ fuerit non videbit bonum in ſua peregrinatione. Et deſtruentur mores hominũ: ⁊ maligne erunt exiſtimatiões eorum ⁊ exibunt rebelles: ⁊ petent necem regis babilonie: ⁊ ꝓlongabitur eis hoc ideſt durabit donec tranſeat annus: ⁊ erit in anno illo paucitas belli ⁊ interfectionis ⁊ guerre. Et eodẽ modo ſi ceciderit alliqua harum ſtellarum in gradus none ab aſcendente reuolutionis: ⁊ ſi natus fuerit quis in anno illo ſub ipſis gradibus erit ſtupefactus in ſuis rebus ⁊ in ſua cultura fidei: nec congruet ei peregrinatio nec mutatio. Et erunt plures eius infirmitates ⁊ hominum in eo tẽpore in femoribus ⁊ lacertis femorum. ¶ Et ſi ſit dominus decime ab aſcendente reuolutionis cum aliqua harum ſtellarũ cadet malum ⁊ deſtructio in reges nobiles ⁊ diuites ⁊ in eos qui preſunt: ⁊ cadet inter eos inuidia ⁊ contentio ⁊ debilitas in rebus eorum ⁊ modica pecunie delatio ad eos ⁊ abibit reuerẽtia ⁊ regnũ eorum: ⁊ etiam viles extendentur ſuper eos ⁊

blaſphemabũt eos ruſtici eorum imponentes eis nomina deriſoria in
tantum vt ſi precipuus eorum tranſiret per forum illuderetur a vilibus
mercatorꝫ: ⁊ durabit hoc donec exeat annus. Et erũt plures infirmitates
eorꝫ in genitalibus. Et ſi natus fuerit puer ſub eodem gradu aſcendentis:
erit vilis ⁊ deſpectus apud proximos ſuos ⁊ apud eos qui cõiungũtur ei
⁊ erit modice reuerentie ⁊ multe deiectiõis laborioſe vite ⁊ modice acqui
ſitionis de his que pſiſtunt ei ⁊ erunt plures infirmitates eius in genib⁹.
¶ Et ſi dominus vndecime cum aliqua iſtarum fuerit cadet anxietas in
cordibus inimicorum ⁊ erit inter eos diſcordia maior ſolito ⁊ ſuſpicabitur
vnus alterum ⁊ modica fiducia erit vnicuiqꝫ eorum ex eis que putabat ⁊
deſtruetur domus ſubſtantie regis ⁊ peribit eius ſubſtantia ⁊ erunt ei mi-
niſtri pauci ⁊ auxiliatores eius erunt infideles. Et ſi euenerit ei bellum di-
mittent eum ⁊ erunt infirmitates hominũ in curribus. Et ſi natus fuerit
puer ſub ipſis gradib⁹ erit modice fiducie ⁊ pauci boni ⁊ odibilis omnib⁹
hominib⁹ non euitabit malũ neqꝫ cogitabit bonum ⁊ erit modice laudis
ac propiciationis ⁊ erunt infirmitates eius ex curribus. ¶ Et ſi fuerit
dominus duodecime cum aliqua iſtarum ſtellarum tunc multiplicabũtur
latrones ⁊ abſciſores viarũ ⁊ inutiles erunt ſerui dominis ſuis ⁊ minuẽ
tur ignobiles ⁊ deſpicientur ⁊ exaltabuntur nobiles ⁊ magnates ſapiẽtes
⁊ rationabiles. Et ſi natus fuerit puer in gradibus eiuſdem aſcendentis
erit laborioſus callidus ⁊ malus multorum inimicorum ſe odientium odit
eum omnis qui viderit eum a puericia ſua vſqꝫ in ſenectutem ⁊ erunt in
firmitates eius in pedibus. ¶ Et ſi aſpexerit iupiter aut venus hec loca ex
amicitia ⁊ proiecerint radios ad ipſos gradus ⁊ fuerit in loco ſuo aut do-
mibus ſuis franget maliciam harum ſtellarum Et ſi fuerint in loco ſuo de
biles non operabuntur aliquid ex operibus ſuis quod valeat ⁊ ſecunduꝫ
quantitatem fortitudinis aut debilitatis planete erit quãtitas ipſius mali.
Et ſi aſpexerit ex loco inimicitie non repellet ipſum malum maxime ſi fue-
rit debilis in loco ſuo ſed nitetur expellere ⁊ non poterit. Si autem aſpexe
rit malus ex loco deiectionis erit malũ quod dixi cum feſtinatione ⁊ ipſuꝫ
malum ſequitur aliud ⁊ ſi aſpexerit malus ex loco inimicitie ⁊ ꝯtrarietatis
erit omne quod dixi ab initio euentionis vſqꝫ ad finem eius. Si autem
aſpexerit ſol ipſum locum non teget ipſum malum ſed apertũ faciet ⁊ om-
nis qui nititur occultare non poterit ſed erit vniuerſale generationi ⁊ ciui
tatibus. Et ſi aſpexerit ſaturnus deſcendet tribulatio vna poſt aliam.
¶ Et ſi aſpexerit mercurius erit opus eius ſicut opus ſolis: ſed erit minus
⁊ celerius aliquãtulum propter celeritatẽ curſus eius. ¶ Et ſcito quod
vniuerſa que dicta ſunt erunt in ciuitatibus que ſunt eiuſdem ſigni: conſi-
dera ego hoc diligenter ⁊ non errabis ſi deus voluerit.

¶ De latitudine ortu ⁊ occaſu planetarum in ſignis. Debes conſiderare planetas hora reuolutionis ⁊ facere latitudines in partibus earum in ſeptentrionem meridiem in occidentem ⁊ orientem.



Saturnꝰ ſi fuerit i ariete ⁊ latitudo eiꝰ ſeptētrionalis ſignificat corruptionē aeris ⁊ eiꝰ denſitatē ⁊ obſcuritatē i tēpore ſuo. ¶ Et ſi fuerit latitudo eius meridionalis ſignificat grauitatē frigoris cū multitudine gelu. ¶ Et ſi fuerit orientalis ſignificat mortē diuitū cogitationes eoꝝ cū triſticia ⁊ gelu. ¶ Si occidentalis ſigt terremotū ⁊ famē ⁊ tenebras aeris. ¶ Et ſi fuerit directus erit eo minus malū. ¶ Si retrogradꝰ maius malū.



SI ♄ fuerit i ♉ ⁊ latitudo eiꝰ ſeptētrionalis ſignificat bonitatē aeris ⁊ pulchritudinē eiꝰ cōplexionis ⁊ erūt pluuie vtiles ⁊ abſq; ipedimēto ⁊ mediocres erūt res empte ⁊ foꝝ. ¶ Et ſi latitudo fuerit meridionalis ſignificat terrores ⁊ tēpeſtatū ꝯmixtiones ⁊ mortalitates ⁊ aeris corruptiones ⁊ eiꝰ deſtructionē cū boni paucitate. ¶ Si orietalis ſignificat multitudinē pluuiaꝝ ⁊ infirmabunt hoies ex hoc. ¶ Si occidentalis ſignificat timorē in hoibus diuitibꝰ ex ruſticis ⁊ ꝯmixtiones reꝝ eaꝝ adinuicē. ¶ Et ſi fuerit directꝰ ſignificat infirmitates accidētibus hoibꝰ in ſupioribꝰ partibꝰ corporis ⁊ lōginquas. ¶ Si retrogradꝰ ſignificat mortē magnoꝝ ⁊ nobiliū cū multitudine timoris ⁊ anguſtie inter homines.



SI ♄ i ♊ ⁊ latitudo eiꝰ ſeptētrionalis ſignificat flatū vētoꝝ nocibiliū ⁊ tenebras aeris ⁊ terremotū ⁊ corruptionē. ¶ Si meri. ſignificat calorē tpis cū paucitate pluuiaꝝ ⁊ multitudine peſtilētiaꝝ mortaliū. ¶ Si ori. ſignificat infirmitatē regū ⁊ magnatū. ¶ Si occi. ſignificat ſiccitatē aeris cum paucitate aquarum fontium ⁊ pluuiarum. ¶ Si directus fortius. ¶ Si retrogradus debilius ea operabitur.



SI ♄ i ♋ ⁊ latitudo eiꝰ ſeptē. ſigt paucitatē aqrū i fluminibꝰ ⁊ pluuiaꝝ. ¶ Si meri. ſigt occupatiōes hoiū i facto ſuo ⁊ paucitatē acqſitionis eoꝝ. ¶ Si oriē. corruptionē aeris eiuſq; tenebras ⁊ multitudinē frigoris in tpe ſuo. ¶ Si occi. ſigt multitudinē pluuiaꝝ ⁊ corruptionē ⁊ ipedimētū reꝝ emptaꝝ. ¶ Si retro. ſigt fortitudinē eoꝝ ⁊ dedecꝰ regis ⁊ eiꝰ ipedimētū qđ eueniet ei quo mors erit melior. ¶ Et ſi directꝰ claritatem aeris ⁊ bonitatem eius ꝯplexionis.



SI ſaturnꝰ in leone ⁊ latitudo eiꝰ fuerit ſeptē
trionalis ſiḡt multitudinē pluuiaꝝ ⁊ occupa
tionē reꝝ diuitū ac ruſticoꝝ ⁊ deſtruet acq̄ſitio ne
gociatoꝝ. ¶ Si oriētalis ſiḡt infirmitatē cadētem
in viles ⁊ ignobiles. ¶ Si occidentalis ſignificat
peſtilētiā i terrā cadentē ⁊ mortē valdā. ¶ Si re
trogradus grauitatem eorum que diximus: ⁊ pro
lixitatem eius durabilitatis. ¶ Si directus ſignificat remiſſius.



SI ſaturnꝰ in ꝟgine ⁊ latitudo eiꝰ ſeptētriona
lis ſignificat bonitatē vētoꝝ ⁊ ſuauitatē eoꝝ
incremētū in meſſibꝰ ⁊ ſeminibꝰ. ¶ Si fuerit meri
dionalis ſiḡt paucitatē aquaꝝ fontiū. ¶ Si oriēta
talis ab ortionem pregnantiū ⁊ ceteroꝝ animaliū.
¶ Si occidētalis ſignificat mortes ⁊ febres terribi
les. ¶ Si retrogradꝰ ſignificat timorē regis ex ini
micis ſuis qui timebit augmentationē eoꝝ ſuper ſe. ¶ Si directus ſignifi
cat regi adeptionem victorie de inimicis ſuis ⁊ fortitudinem eius.



SI ſaturnꝰ in libra ⁊ latitudo eiꝰ ſeptētriona
lis ſiḡt ſiccitatē aeris eiuſq; calorē ⁊ paucita
tē pluuiaꝝ ⁊ ꝯſumptionē aquaꝝ fontiū. ¶ Si me
ridionalis ſignificat bonitatē vētoꝝ ⁊ ſuauitatē cō
plexionis aeris. ¶ Si oriētalis ſiḡt ꝯmixtionē ho
minū ⁊ petitionē laſciuie ⁊ criminū. ¶ Si occidēta
lis deiectionē fornicatoꝝ ⁊ caſum eoꝝ ⁊ horribil a
¶ Si retrogradus ſignificat infirmitatē ancillarum ⁊ vilium hominum.
¶ Si directus mediocritatem annone ⁊ ordei ⁊ fractionē cenſus regum.



SI ſaturnꝰ in ſcorpiōe ⁊ latitudo ſeptētriona
lis ſignificat multitudinē pluuiaꝝ ⁊ habun
tiā aquaꝝ fluminū ⁊ corruptionē eoꝝ. ¶ Si meri
dionalis famē hoībus ⁊ grauitatē fori. ¶ Si orien
talis multitudinē belloꝝ inter diuites. ¶ Si occidē
lis deſtructionē habundantiū in mari ⁊ caſuz ma
li in eos. ¶ Si retrogradꝰ peſtilentiā in illa terra
ſi directus ſaluationem climatum babilonie.



SI ♄ fuerit in ſagitario ⁊ latitudo eius ſeptē
trionalis ſignificat multitudinē aquaꝝ fontiū
⁊ magnum frigus hiemis. ¶ Si orientalis proxi
mitatem diuitum de regionibus ſuis. ¶ Si occidē
talis guerram inter diuites magnates ⁊ nobiles.
¶ Si retro. grauitatē reꝝ hoīuz ⁊ guerrā iter eos
¶ Si direc. ꝓſperitatē pegrinātiū i mari ⁊ aquis.



SI ♄ in capricorno ⁊ latitudo ſeptẽtrionalis ſignificat bonitatẽ ꝯplexionis aeris ⁊ medio critatez pluuiarũ. ℭ Si meri. tenebras aeris tpe hiemis cũ multitudine frigoris. ℭ Si orientalis malã diſpoſitionẽ diuitũ ⁊ errorez ⁊ malaz eorum participationẽ cũ ruſticis. ℭ Si occidẽtalis multitudinẽ locuſtaꝝ ⁊ impedimentũ meſſium propter calorẽ nimiũ ℭ Si retrograd⁹ multitudinem ꝯmixtionis inter ruſticos. ℭ Si direct⁹ ſigt iuſtitiã diuitũ ⁊ regũ ⁊ eoꝝ humilitatẽ atq; rectitudinẽ.



SI ♄ in aq̃rio ⁊ latitudo ſeptentrionalis ſigt multitudinẽ pluuiaꝝ grauitatẽ frigoris cum gelu. ℭ Si meri. paucitatẽ aquaꝝ fontiũ ⁊ fluminũ ℭ Si oriẽ. paucitatẽ acquiſitiõis hereditatum cuz paucitate ſubſtãtiaꝝ ruſticoꝝ. ℭ Si occidẽ. multitudinẽ ꝯbuſtiõis ⁊ ei⁹ fortitudinis. ℭ Si retrograd⁹ grauitatem eiuſdem rei. ℭ Si directus mortem animalium quibus vtuntur homines.



SI ♄ i ♓ ſeptẽtriõalis multitudinẽ flatuum vẽtoꝝ ſeptẽtrionaliũ ⁊ grauitatem hiemis. ℭ Si meri. fractionẽ nauiũ in mari ⁊ caſum impedimenti in his que ſimiliter operantur in aquis. ℭ Si orienta. interfectionem diuitum adinuicez. ℭ Si occi. deiectionẽ nobiliuz ⁊ exaltationẽ ignobiliũ. ℭ Si retro. mortẽ religioſoꝝ ⁊ deũ colẽtiũ. ℭ Si directus populationem domoꝝ religionis ⁊ diuine culture.



IUpiter cum fuerit in ♈ ⁊ latitudo eius ſeptẽtrionalis ſignificat bonitatem complexionis aeris ⁊ paucitatẽ pluuiarum. ℭ Si meridionalis corruptionem ventorum ⁊ grauitatem eorum. ℭ Si oriẽtalis ſignificat gaudiũ ⁊ leticiã hominũ diuitũ ⁊ inclinationẽ eorum ad ludum. ℭ Si occi. ſublimitatẽ ſapientũ ⁊ nobiliũ. ℭ Si retro. impedimentum nauigationis in mari. ℭ Si directus multitudinem piſcium ⁊ animalium aquarum ⁊ ſaluationem eorundem.



SI ♃ in tauro ⁊ latitudo ei⁹ ſeptentrionalis ſignificat immobilitatẽ aeris ⁊ calorez eius. ℭ Si meridionalis habundantiam pluuiarum ⁊ multitudinem aquarum fontium ℭ Si orientalis odium ruſticorum erga regem ſuum. ℭ Si directus cupiditatem hominum in theſauris ⁊ ſubſtantiarum collectionibus.



SI ♃ in ♊ ſignificat bonitatē vētoꝝ ⁊ medio
critatem pluuiarū ſi latitudo ſeptētrionalis.
¶ Si meri. multitudineꝫ tonitruum ⁊ fulminum.
¶ Oriētalis multitudinē locutiōis i ſectis ⁊ ifide.
¶ Occidētalis multitudinē guerre ⁊ cōtentiones
⁊ cōmixtiones. ¶ Retrogradus grauitatē acquiſi
tionis. ¶ Directus horum omniū contrarietatem.



SI ♃ in ♋ ⁊ latitudo ſeptētrionalis bōitatē
aeris ⁊ habūdātiā aquaꝝ ⁊ multitudinē toni
truū ⁊ fulminū: ¶ Meridionalis pulchritudinē
aeris ⁊ eius cōplexionis. ¶ Orientalis multitudi
nem bellorum ⁊ contentionis regionū adinuiceꝫ.
¶ Occidentalis multitudinem contentionis in
ſectis. ¶ Retrograd⁹ grauitatē omniū eoꝝ q̄ dicta
ſunt. ¶ Direct⁹ ſaluationē i mōtib⁹ ⁊ eoꝝ meſſiū.



SI ♃ in ♌ ⁊ latitudo ſepētrionalis ſigt gra
uitatē tonitruū ⁊ fulminuꝫ. ¶ Si meri. aeris
ſiccitatē ⁊ paucitatē aquaꝝ. ¶ Si oriē. diuerſitateꝫ
diuitū adinuiceꝫ. ¶ Si occi. ſigt quod ruſtici expu
gnabunt regem ſuū. ¶ Si retrogradus ablationē
manuum militum ad obedientiam regis eorum.
¶ Directus ꝑfectum ouiū ⁊ vaccaꝝ ⁊ cameloꝝ.



SI ♃ i ♍ ⁊ latitudo ſeptētrionalis paucitatē
fulminū ⁊ tonitruū ⁊ multitudinē pluuiaꝝ.
¶ Meridionalis pulchritudinē aeris ⁊ ei⁹ cōple
xionis. ¶ Oriētalis multitudinē guerre ⁊ belli iter
diuites. ¶ Occi. ꝯtrarietatē militū ⁊ arma ferētiū
ſup̄ diuites. ¶ Retrograd⁹ grauitateꝫ eoꝝ q̄ dixi
ex h. ¶ Direct⁹ religionē regū ⁊ aptationē eoꝝ.



SI ♃ in ♏ ⁊ latitudo ſeptētrionalis bonitatē
ventoꝝ. ¶ Meri. multitudinem tonitruum.
¶ Orientalis caſum impedimenti in nobiles.
¶ Occidentalis multitudinem peſtilētie mortaliū.
¶ Retro. grauitatē hoꝝ omniū. ¶ Directus obſcu
ritatem aeris ⁊ caſum impedimenti ex hoc.



SI ♃ in ſagitario ⁊ latitudo eius ſeptentrionalis temperantiam aeris ⁊ eius bonitatez. ¶ Si meridionalis paucitatem pluuiarum ¶ Si orientalis diuerſitatem ruſticoꝝ adinuicez.



SI ♃ i capricoꝛ. ⁊ latitudo ſeptētrionalis ſigt mltitudinē tonitruū ⁊ fulminū atq3 pluuiaꝝ ¶ Si oriētalis ſublimitatē ſtellaꝝ .i. bonitatē eaꝝ. ¶ Si occidētalis honorē ſapiētū ac legis doctoꝝ. ¶ Si retrogradus impedimēta ꝯſulū ac ſcribaꝝ. ¶ Si direct⁹ aptationē eoꝝ ⁊ ceteroꝝ hominuz.



SI ♃ in aquario ſeptētrionalis tenebroſitatē aeris ⁊ paucitatē pluuiaꝝ. ¶ Si meridionalis multitudinē tonitruū ⁊ fulguꝝ. ¶ Si oriētalis abſciſionē manuū ⁊ pedū illo tp̄e. ¶ Si occidentalis multitudinem commixtionis inter ruſticos. ¶ Si retrograd⁹ grauitatē hoꝝ omniū que dixi. ¶ Si direct⁹ aptationē nobiliū ⁊ eoꝝ ſublimitatē.



SI ♃ i piſcib⁹ ſeptētrionalis ſigt multitudinē aquaꝝ fluminū ⁊ fontiū. ¶ Si meridionalis multitudinē pluuiaꝝ ⁊ paucitatē tonitruū. ¶ Si orientalis bella. ¶ Si occidentalis peſtilentiam. ¶ Si retrogradus infirmitates accidentes hominibus in inferioribus partibus corporis. ¶ Si directus commixtiones hominū adinuicē.



MArs in ariete ⁊ latitudo ſeptentrionalis ſignificat calorem aeris ⁊ paucitatez pluuie. ¶ Si meridionalis grauitatem tonitruum ⁊ fulgurum. ¶ Si orientalis grauitatem bellorum inter diuites. ¶ Si occidentalis multitudinem terroris hominum. ¶ Si retrogradus infirmitates in oculis ⁊ capitibus ¶ Si directus multitudinem illuminationis in fide ⁊ temptatione.



SI ♂ in tauro ⁊ latitudò ſeptentrionalis ſigni ficat multitudinem pluuiarum cum bonitate herbarum. ¶ Si meridionalis multitudinem ventorum ſeptētrionaliũ. ¶ Si orientalis ſigt multitudinē pacis ⁊ ſecuritatis i oriēte. ¶ Si occi. ſigt multitudinē infirmitatis ⁊ motus. ¶ Si retro. infirmitates cadētes i pueros. ¶ Si direct⁹ odiũ mulierꝝ.



SI ♂ igeminis ⁊ latitudo ſeptētrionalis ſigt multitudinē pluuiaꝝ. ¶ Si meridio. paucitatē aquaꝝ fluminũ ⁊ fontiũ. ¶ Si ori. multitudinē puſtulaꝝ hoiuz. ¶ Si occi. occultationē conſulũ ⁊ ſcribaꝝ ⁊ fugā eoꝝ. ¶ Si retro. diuerſitatē i ſectis ¶ Si directus multitudinē paupertatis in hoib⁹.



SI ♂ i ♋ ⁊ latitudo eius ſeptētrionalis ſigt paucitatē aquaꝝ fontiũ cũ multitudinē frigoris in tpe ſuo. ¶ Si meridionalis flatum ventorũ ⁊ deſtructionem arboꝝ. ¶ Si orientalis peſtilētiā caſuram in animalia que mouent̄ in campeſtrib⁹. ¶ Si occidētalis ſuſurrationē vulgi cũ traditiōe. ¶ Si retrogra. apparitionē fornicatiōis ⁊ laſciuie. ¶ Si directus bonitatem aeris ⁊ pulchritudinem complexionis eius.



SI fuerit mars i ♌ ⁊ latitudo ei⁹ ſeptētrioalis ſignificat paucitatē aquaꝝ fontiũ ⁊ fluminum. ¶ Si fuerit meridionalis ſigt multitudinem aquarum fontium ⁊ fluminum. ¶ Si orienta. impedimentũ in animalib⁹ quibus vtunt̄ homines. ¶ Si occi. paucitatē piſciũ ⁊ mortē aialiũ aq̄ticaꝝ. ¶ Retrogradus triſticiam nobilium ⁊ diuitum. ¶ Directus gaudiũ iudicũ ⁊ eoꝝ qui ſciunt iura.



SI fuerit ♂ in ♍ ⁊ latitudo ei⁹ ſeptētrionalis ſigt impedimentũ hominum in meſſibus ⁊ ſementis. ¶ Si meridionalis ſaluationez hominũ in meſſibus ⁊ ſeminib⁹. ¶ Si orientalis multitudinē mortis ſenũ. ¶ Si occidentalis ſiccitatem ⁊ famez hyſpanie ⁊ partib⁹ ei⁹. ¶ Retrograd⁹ multitudinē guerre hoim. ¶ Direc. honeſtā ꝯſuetudinē diuitũ.



SI fuerit ♂ i ♎ ⁊ latitudo eiꝰ ſeptētrionalis
ſigt tenebras aeris ⁊ grauitatem ventorum.
¶ Si meridiona. multitudinē tonitruū ⁊ fulgoꝝ.
¶ Si orien. guerrā inter diuites. ¶ Si occidētalis
iracundiā regum ⁊ occupationez diuitū inſcribis.
¶ Retrogradus grauitatem eorum que dixi tibi.
¶ Directus multitudinem belloꝝ inter diuites.



SI fuerit ♂ i ♏ ⁊ latitudo eiꝰ ſeptētrionalis:
ſigt multitudinē nubiū pluuiaꝝ tonitruum
⁊ fulgoꝝ. ¶ Si meridio. multitudinē aque fontiū.
¶ Si orientalis multitudinē infirmitatum in ho/
minibus in inferioribus partibus ventris.
¶ Si occi. paucitatem pietatis hominū adinuicē.
¶ Retro. multitudinē boni eo tpe ⁊ terrorē nego/
ciatoꝝ ⁊ multitudinē lucri eoꝝ. ¶ Directꝰ multi/
tudinē acceptionis cēſus ⁊ populationem domoꝝ ⁊ ſubātiarū diuitum.



SI fuerit ♂ i ♐ ⁊ latitudo eiꝰ ſeptētrionalis:
ſigt pulchritudinem cōplexionis aeris ⁊ eius
bonitatem. ¶ Si meridionalis lucrum negociatoꝝ
⁊ bonitatē lucri eoꝝ. ¶ Si orietalis pacē ⁊ quietē.
¶ Si occidentalis ſaluationem arborum ⁊ multitu
dinem fruguz. ¶ Retrogradus multitudinē tuſſis
⁊ dolorem pectoris. ¶ Directus multitudinem
peſtis in terra ⁊ in animalibus litoris.



SI fuerit ♂ i ♑ ⁊ latitudo eiꝰ ſeptētriōalis:
ſigt multitudinē niuis ⁊ frigoris. ¶ Si meri
dionalis calorē aeris ⁊ eius obſcuritatē. ¶ Si oriē
talis interfectionez imperatoris romanoꝝ ⁊ ſalua/
tionē alkahizhir. ¶ Si occidentalis multitudinez
peſtilentiaꝝ in hoībus. ¶ Retrogradus grauitatē
annone. ¶ Directus multitudinē vindemie ⁊ olei.



SI fuerit ♂ i ♒ ⁊ latitudo eiꝰ ſeptētrionalis:
ſigt multitudinē niuis ⁊ frigoris ⁊ locuſtarū
in tpe ſuo. ¶ Si meridionalis obſcurationē ⁊ gra
uitatē caloris. ¶ Si orietalis pacē ⁊ gaudiū militū.
¶ Si occidētalis multitudinē tremorū hominuz.
¶ Retrogradus eſtus ⁊ impedimētū in arboribꝰ.
¶ Directꝰ interitū arboꝝ ⁊ caſuz vermiū in eas.

SI fuerit ♂ i ♓ ⁊ latitudo ei⁹ ſeptētriōnalis: ſigt̄ bonitatem aeris ⁊ eius complexionis.



℄ Si mer dionalis multitudinē locuſtaꝝ ⁊ paucitatē impedimēti eaꝝ. ℄ Si oriētalis interfectionez diuitū adinuicē. ℄ Si occidentalis multitudinem infirmitatum in ſeruis ⁊ ancillis ⁊ vilibus hoib⁹. ℄ Retrograd⁹ ſaluationem hominum ⁊ multitudinez lucri negociationū. ℄ Directus ſaluationē ouium ⁊ vaccarum. ℄ Et ſcito quia iam ſolicite expertus ſum latitudines planetarum ſuperioꝝ ⁊ partes ⁊ eſſe eorū in circulo ſignoꝝ. ℄ Planetas autem inferiores vidi quandoqz euenire quandoqz errare. Et ideo nō poſui in hoc libro meo. Et iam ſolicite expertus ſum omnia que in eo poſui. Scito hec ⁊ nō pretermittas quicq̄ ex his que ſcripta ſunt i eo. Et proba ſuper hoc quod volueris ex iudicijs ⁊ non errabis ſi deus voluerit.

SCito q̄ ☊ cum fuerit in ♈ ſignificat ſublimitatem magnorum ⁊ nobiliuz ⁊ deiectionem vilium ⁊ ignobilium. ℄ Si fuerit ☋ ibidem ſignificat malam diſpoſitionem regum ⁊ iniurias eorum in ruſticos. Et ſi apparuerit ibidem aliqua ſtellarum que dicitur cometes ſignificat detrimentum diuitum orientis ⁊ babilonie ⁊ malum eſſe ⁊ multum triſtitie inter ruſticos. ℄ Et ſi fuerit apparitio eius in oriente erit velocior opera eius. ℄ Si in parte occidentis erit tardior.



SI fuerit ☊ in ♉ ſigt̄ interſectionē diuitum in p̄te ſeptētriōis: ⁊ multitudinē diuerſitatis inter diuites occidentis ⁊ ruſticos. ℄ Et ſi ibidez ☋ ſignificat paucitatē pietatis in cordibus hoiuz: ⁊ multitudinē peregrinationis in parte ſeptētrōnis: ⁊ paucitatez lucri eoꝝ. ℄ Et ſi apparuerit in directo eius aliqua ſtellaꝝ que dicit̄ cometes ſigt̄ malū hoiuz: ⁊ paucitatē boni eoꝝ ⁊ iniurias rebelliū erga eos. ℄ Et ſi apparuerit in p̄te oriētis veloci⁹ erit op⁹ eius. ℄ Si in p̄te occidētis tardius.



SI fuerit ☊ i ♊ ſigt̄ iſirmitates hoiu̅ ex vētis ⁊ terremotū: ⁊ caſum belloꝝ inter ruſticos ⁊ diuites. ℄ Si fuerit ☋ ibidē ſigt̄ ſaltuz ruſticoꝝ in regē ⁊ nobiles: ⁊ deludent eos: inſurgēt cōtra eos milites ei⁹ ⁊ duces cōtra reges. ℄ Et ſi apparuerit aliqua ſtellarū que dicit̄ cometes i directo eius ſigt̄ apparitionē laſciuie ⁊ fornicatiōis: ⁊ deiectionē deo ſanctiſſimo ſeruiētiū ⁊ orantiū. ℄ Et ſi apparuerit in oriente erit velocius opus eius. ℄ Et ſi in occidente tardius.





SI fuerit ☊ i ♋ ſigt̃ bonitatē regis erga ruſticos: ⁊ largitatē ei⁹ ſup eos. ⁊ ꝙ colliget ſubſtãtiã: ⁊ diſpget plus ꝙ̃ colligerit in locis ſuis. ¶ Et ſi fuerit ♂ ibidem ſignificat multitudinē peſtilētie ⁊ mortes ſubitãeas: ⁊ ſtupores mēdaces ⁊ apparitionē luxurie ⁊ paucitatē iuſtitie ⁊ fractionem cēſus ⁊ deſtructionē domoꝝ ſubſtãtiaꝝ: ⁊ pegrinationē diuitū ⁊ mutationē eoꝝ de loco ad locū: ⁊ ipedimētū ſcribaꝝ: ⁊ dñis magiſterioꝝ q̇.ſ. opant̃ manib⁹ ſuis. ¶ Et ſi apparuerit ibi ſtella cometes ſigt̃ multitudinē locuſtaꝝ ⁊ detrimētū meſſiū ab eis: ⁊ caſū vermiū in triticū ⁊ arbores: ⁊ paucitatē frugū: ⁊ mltitudinē vermiū i eis. ¶ Ꝗ ſi apparuerit in oriēte erit veloci⁹ op⁹ eis. ¶ Si in occidēte tardi⁹.



SI fuerit ☊ i ♌ ſigt̃ multitudinē fulminū ⁊ igniū in aere ⁊ interfectionē maximã ⁊ malū magnum ⁊ iniurias. ¶ Et ſi fuerit ♂ ibidem ſigt̃ multitudinez obſcuritatum terre ⁊ terremotum ⁊ augmentū aquaꝝ: ⁊ diminutionē arboꝝ: ⁊ deſtructionem meſſium. ¶ Et ſi fuerit ibidem ſtella cometes ſigt̃ īfeſtationē lupoꝝ ⁊ impedimētū hoīuz ex eis: ⁊ caſum vermiū in triticum: ⁊ deſtructionem domorum ſubſtantie. ¶ Et ſi apparuerit i oriēte erit eius op⁹ veloci⁹. ¶ Et ſi i occidēte tardi⁹.



SI fuerit ☊ i ♍ ſigt̃ deſtructionem meſſis ⁊ ceteraꝝ frugū ⁊ paucitatē metendi: ⁊ caſum vermiū in arbores: ⁊ deſtructionem eorum que remanent in eis in tpe ſue cuſtodie ex combuſtione. ¶ Et ſi ſit ♂ ibidē ſignificat odiū cadēs inter diuites: ⁊ ibunt contra ſe adinuicez in bellū: ⁊ multiplicabuntur captiuitates: ⁊ depredationes eccleſie ⁊ domus orationis maioris: ⁊ caſum diuerſitatis inter homines in locutiōe ⁊ fide. ¶ Ꝗ ſi ſtella cometes ibidem fuerit ſignificat ablationē quorundã bonorum ex domeſticis diuitū: ⁊ mutationes eorum in alias regiones ex parte captiuitatis ⁊ mali: ⁊ non reuertentur ad eos bona eorum in eternū. ¶ Et ſi apparuerit in oriēte erit veloci⁹ op⁹ eius. ¶ Et ſi i occidēte tardi⁹.



SI fuerit ☊ i ♎ ſigt̃ iniuſtitias r̃gis ⁊ vniuerſorū diuitū inter ruſticos ſuos: ⁊ deceptiōes ⁊ inquiſitiones p hoc ꝙ nō ē apud eos nec in manibus eoꝝ: ⁊ ppter hoc depredatio cadet i quoſdã ⁊ paupтas in alios: ⁊ afflictio quorūdam ⁊ deluſio ⁊ pena. ¶ Ꝗ ſi fuerit ♂ ibidē ſigt̃ caſum mortis in peccora: ⁊ erit annus ille ſiccus cū grauitate frigoris tempore ſuo: ⁊ caloris tempore ſuo deſtruentis meſſes ⁊ herbas ⁊

ſemina ⁊ arbores: ⁊ paucitas colligẽdi fruges. ❡ Si autem ſtella cometes ibidẽ fuerit ſiḡt extenſionẽ latronũ: ⁊ abſciſiones in partibꝰ: ⁊ fractionem cenſus: ⁊ apparitionẽ paupertatũ ĩ cordibꝰ hominũ diuerſis modis ideſt modo cum frigore modo cum calore: ⁊ prolongabitur hoc in hominibus. ❡ Et ſi ſit in parte orientis erit velociꝰ opꝰ eiꝰ. ❡ Si in occidente tardiꝰ.



SI fuerit caput in ſcorpione ſiḡt multitudinez apſtematũ ĩ hoĩbꝰ ⁊ puſtularꝝ in magnatibꝰ ex eis. Et multe guerre bellorꝝ ⁊ multitudinez fornicationis in mulieribꝰ cũ deiectione ⁊ caſu earũ in manꝰ regũ cũ merore earꝝ ⁊ triſtitia. Et ſi fuerit cauda ibidẽ ſiḡt caſum freneſis in hoĩes: ⁊ infirmitates accidentes in pectoribꝰ: ⁊ multitudinẽ catarrorum in gutture: gaudiũ ⁊ delectationẽ diutuz in eodẽ tpe. ⁊ collectionẽ ſubſtãtiarꝝ ⁊ populationẽ domorꝝ earꝝ. ❡ Quod ſi ibidem apparuerit ſtella cometes ſiḡt multitudinẽ guerre ⁊ bellorum ⁊ rebellium regum ⁊ mutationẽ militum ſuper eos ⁊ inquiſitionem ab eis cum impoſſibilitate. ❡ Et ſi fuerit in oriente velocius erit opus eius. Si in occidente tardius.



SI fuerit caput in ſagittario ſiḡt afflictionẽ ruſticorꝝ a rege babilõie ⁊ grauitatẽ iniurie eiꝰ. Et impedimentũ in ouibꝰ ⁊ vaccis ⁊ equis ꝓprie ĩ omni aĩali quo vtunť bellatores. Et cadet cõbuſtio in inſtrumẽta belli: ⁊ corrumpeť aer ⁊ obſcurabiť ⁊ grauabiť calor ĩ tpe ſuo. Quod ſi fuerit cauda ibidẽ ſiḡt deiectionẽ magnorꝝ ⁊ nobiliũ: ⁊ exaltationem viliũ ⁊ ignobiliũ: ⁊ ꝯtriſtabunť legis doctores ſapiẽtes ſcribe ⁊ ꝯſiliatores ⁊ venient in eis impedimẽta occulta. ❡ Et ſi apparuerit ibidẽ cometes ſiḡt malã diſpoſitionẽ ſcribarꝝ atqz legis doctorꝝ ⁊ ante lationẽ ⁊ acceptationẽ ſubſtãtiarꝝ eorꝝ ⁊ eorꝝ occultationẽ cũ multitudine tribulatiõis q̄ deſcẽdet ſup eos. Quod ſi fuerit ĩ pte oriẽtali velociꝰ erit opꝰ eiꝰ. Si ĩ occidẽtali tardiꝰ.



SI fuerit caput ĩ capricorno ſignificat gaudiũ diuitiꝫ ac nobiliũ ⁊ ſublimitatẽ magnorꝝ cuz exaltatione eorũdez ⁊ caſum caudarꝝ atqz impedimentum eorꝝ cũ deiectione ignobiliũ ⁊ ruina eorꝝ. ❡ Si cauda ibidem ſignificat terremotũ ⁊ plagas interficientes. ❡ Si cometes ſignificat extenſionẽ fornicationis in hominibus illo tempore.



SI fuerit caput in aquario ſigt moꝛtē legiſdo/ctoꝝ eo tpe ⁊ iudicū ⁊ fidei ſectatoꝝ. Et ſi cauda ibidē fuerit ſigt inquiſitionem regis erga dños hereditatū in hoc quod nō debet ei. Et ſeductionē incenſu eoꝝ: ⁊ iniurias ⁊ afflictiones cū captione eoꝝ. ¶ Q ſi fuerit ibidē comets ſigt multitudinē guerre ⁊ interſectionis ⁊ multe afflictionis eo tpe. Et ſi apparuerit in oꝛiente erit opus eius velociꝰ. ¶ Si in occidentali tardius.



SI fuerit caput in piſcibꝰ ſigt ſublimitatē no/biliū ⁊ ꝑuentionē cuiuſqꝫ hois in oꝛdine ſuo plus ꝙ̄ ꝑuenerit ſecundū quantitatē ſue nature ⁊ collectionē ſubſtantiarum in domibus ſubſtantie. ¶ Et ſi cauda ibidē fuerit ſigt extēſionē nilitū ſup regē ⁊ ſimiliter ducū: ⁊ mutationē ꝙ̄ plurimoꝝ diuitū a ſuis habitationibꝰ cū multitudine locutiōis in ſecta: ⁊ apparitionē nouoꝝ falſoꝝ. ¶ Si ibidē fuerit cometes erit maximū bellū ſuper affines regis ⁊ interficient ſe ad/inuicem ⁊ interficientur per alios qui ſuper eos eleuabuntur: ⁊ ereptio manus eorum ab obedientia. ¶ Si fuerit apparitio eiꝰ in oꝛiente erit opꝰ eius velocius. ¶ Si in occidente tardius.

¶ Partē aūt i qua eueniet quod ſignificat cometes. Cū volueris cognoſcere: aſpice cenit caude illius in qua parte ſit: ⁊ in eadē ꝑte erit quod ſigt ex tribulatione. Hoꝛa vero in operibꝰ reſiduis quaꝫ dixi tibi in hoc libro in qua erit omne quod dictū eſt: ipſa erit quando ꝑuenerit ad ſignū quod fuerit ex ſubſtantia ipſoꝝ que dixi tibi: aut ad planetaꝫ cuius natura eſt in opere ſicut natura euentus qui tibi apparuerit fuerit in eodem anno.

¶ Hoc eſt ex ſecretis aſtronomie quod occultari opere precium eſt.

FINIS

Impreſſum Venetijs Per. Jo. Baptiſtam Seſſa.

Inc 1375